UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III. Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et Decreta

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Extentio ad alias nationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

Visual Library

ſalui conductus formam & modum in quocũque pũcto vel clauſula violauerit; quod tamen auertere dignetur Omnipotens; & ſufficiens emẽda non fuerit mox ſubſecuta, & ipſorum arbitrio meritò approbanda, & laudanda, habeãt ipſam Synodum, & habere poterunt, incidiſſe in omnes pœnas, quas iure diuino, & humano, aut conſuetudine, huiuſmodi ſaluorũ cõductuum violatores incurrere poſſunt, abſque omni excuſatione, aut quauis in hac parte contradictione.

Extentio ad alias nationes.

Eadem ſacroſancta Synodus in Spiritu ſancto legitimè cõgregata, præſidentib. in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis omnib. & ſingulis alijs, qui nobiſcum in iis, quæ ſunt fidei, communionem nõ habẽt, ex quibuſcumq; regnis, nationibus, prouincijs, ciuitatib. ac locis, in quibus publicè, & impunè prędicatur, vel docetur, ſiue creditur cõtrarium eius, quod ſancta Romana ſentit Eccleſia, dat fidem publicam, ſiue ſaluum conductum ſub eadem forma, & eiſdem verbis, quibus datur Germanis.